



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opera S. Matris Teresae De Iesu Carmelitarum Discalceatorum et Discalceatarum Fundatricis**

In duas partes distincta

**Teresa <de Jesús>**

**Coloniae Agrippinae, Anno MDCXXVI [erschienen] M.DC.XXVII.**

Cap. XIV. Agit de Fundatione Conuentus Toletani à S. Iosepho denominati  
qui anno MD.LIX. erectus est.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37974**

constitisset aliquē scilicet vt mihi ipse daret qui rē aufpicaretur, quod  
 que iā tā bene procedebat, penitus concideret, caeodamone illos  
 conficiendi & subuerti medium quærento, quam quod ipsa cono-  
 peram & sperabam ad exitum perduceretur: sed, quod imperfecta, &  
 parua essem fidei, non cogitabam id esse opus Dei, eiusque Matris  
 id promoturam. At illi (quod haberent illa quæ mihi deerant) interre-  
 ba, ad exercitia sua intermittenda, parum morabantur. Vnde maxime  
 cum animi consolatione inde discessi, tamen pares & eas, quas tam  
 gens opus promerebatur, Deo gratias non agerem. De Matris enim  
 (quæ illius est bonitas) vt aliquod ei è multis illis quæ ei debeo obli-  
 quium rependere digna sim. Amen. Etenim satis intelligebam, hanc  
 multo maiorem gratiam & beneficium esse, quam illam, quam, vt Mo-  
 nialium Conuentus erigerentur, mihi præstitit.

CAPVT XIV.

AGITVR DE FVNDATIONE CONVENTVS TOLETANI  
*Iosepho denominati, qui anno M.D.LXIX erectus est.*

*Toletani ca-  
 nobij origo.*

Commorabatur Toleti mercator quidam honorabilis, atque ego  
 gius Dei famulus, qui hætenus inire matrimonium noluerat,  
 vitam Christiano cum primis dignam agebat, veritatis & honestatis  
 cultor acerrimus, & nullū nisi licitum commercium inire volens. Po-  
 positum hic habebat non alio scopo aut intentione opes coacervare,  
 quam vt ex ijs quoddam Deo gratissimum opus excitaret. nomen  
 illi erat Martinus Ramirius. Hunc ergo morti iam vicinum Paulus  
 nandius Societatis Iesu Sacerdos, (quo ego Confessario, cum Toleti  
 agerem, ad Malagonensem fundationem properans vsa eram) videri  
 intellexit, inuisit: & quod Toleti Discalceatis monialibus erigi  
 que canobium cum primis cuperet, ei, quantum hoc ad diuinum ob-  
 quium futurum esset dixit, addidit præterea eos quos fundare ele-  
 uerat Sacellanos & capellanas, in isthoc monasterio fundari posse,  
 demque certas quasdam solennitates, & reliqua omnia, quæ in  
 vrbis illius paræciæ legare & fundare constituerat, haud incommo-  
 posse celebrari. Ea porro ipsius fuit imbecillitas, vt cū sibi rē  
 constituēda necessariū, minimè suffeaturum crederes, rem omnem  
 suo Alfonso Aluaro Ramirio, viro prudenti, religioso, sincero, &  
 genos profuso, & rationis præscriptum in omnibus sequenti  
 dare elogia meritò & verè possum, vt pote testis oculata; quod se  
 eodem egerim) cōmiserit. Martino porro ex hac vita decessit.

Vallisoletana in fundatione occupata eram: vbi mihi Patris Pauli fer-  
 rarij & Alfonsi Aluari litteræ sunt redditæ, quibus me omnium quæ  
 petita erant, certiore reddebant, & si fundationem acceptare To-  
 letanam vellem, Toletum vt me quamprimum conferrem, inuitarunt:  
 quamobrem post paulò quam domus Vallisoletana concinnata esset,  
 huc excurri. Pridie autem festi Annuntiationis Deiparæ Virginis To-  
 letum veniens ad Dominam Aloisiam dela Cerda diuertì, vti & diuer-  
 tius, cum ad Malagonensem fundationem abirem, per humaniter &  
 humaniter ab illa excepta fui, quam maximè enim erga me afficitur. Duas  
 mecum comites è Conuentu Abulensi, eximias Dei ancillas, duxeram;  
 quibus mox secretum ac priuatum de more attributum cubiculum, in  
 quo nostris, prout in monasterio solebamus, exercitiis sine turba va-  
 caremus. Ergo nihil cunctandum rata, cum Alfonso Aluario quamprimum  
 de rebus, ob quas illuc veneram, tractare capi, nec non cum  
 eius genero Iacobo Ortizio; qui, tametsi vitæ probæ esset, & in Theo-  
 logicis versatus, sententiæ suæ erat multò quam Alfonso Aluarus,  
 maior, nec tam citò atque ille, rationi cedebat. quare multas mihi  
 conditiones proposuerunt, in quas consentire, parum mihi æquum vi-  
 debatur. Inceim dum pacisci pergimus, & aliam domum conducibi-  
 lem quaerimus, vt sic aliquatenus possessionem adiremus, nullam post  
 exigentem inquisitionem, aptam conuenientemq; inuenimus. Ad-  
 hac ad vrbs gubernatore monasterij excitandi facultatem impetrare  
 non potui (neq; enim ea tempestate Archiepiscopum ea vrbs habebat)  
 etiam quam studiosissimè efflagitarent hinc Aloisia de la Cerda, hinc  
 et nobilitate insignis, Toletanæ Ecclesiæ Canonicus Petrus Man-  
 ruzi, supremi Castellæ præfecti filius, quiq; excellens Dei famulus  
 erat, & etiamnum est (quia adhuc in viuis agit) qui, esto valetudinis pa-  
 ram firmæ esset, aliquot postquam conuentus hic fundatus esset, annis  
 Societati Iesu sese dicauit, in qua etiamnum agit. quod certè illo in lo-  
 co per multum fuit, quòd iudicio is valeret & auctoritate; nulla tamen  
 impetrari licentia potuit: nam tametsi gubernator iam non nihil miti-  
 gari esset, ac lenius ageret, Concilij Archiepiscopalis assessores se sum-  
 ma contentione opponebant. Præterea alia ex parte cum Alfonso Al-  
 uario, impediente genero (cui ille rem totam commiserat), transige-  
 re non potui, quare à conueniendo paciscendoq; tandem penitus ab-  
 stinere neciebam ergo quid agerem, aut quòd me verterem, quòd aliam  
 ob causam illuc non venissem; ac videbam insigni mihi futurum pbro  
 uitate retrovnde venerà reuertì. Nihil vero me affligebat magis, q̄ de-  
 negata Superiorù facultas: hac nãq; habita & possessione ad ita Deo fre-  
 quenter qua ex voto mihi cessura sperabam, quæ admodum alijs in locis cesse-  
 rant.

*S. Mater  
 Toletum ad  
 fundandum  
 excurrit.*

*Quas hic  
 passa sit in-  
 fundando  
 difficultates.*

RESIA

1664

1671

1672

*Thies*  
 rat. Quare loci præfectū convenire statui: hæcque de causa in quodam  
 ædibus illius vicinum templum concedens misso illum nuntio, me  
 mecum colloquendum venire illuc gravaretur, inuitavi. Iam duodecim  
 plus menses in rei confectioe transactioneque effluerant, & quod  
 die res in deterius cedebat. Vt ergo is constituto adfuit loco, in huius  
 lum verba compellavi: *Durissimum videri & indignum, mulieres quædam  
 venisse, quæ solius Dei causa summam vitæ rigorem, perfectionem, solū admodum  
 suram sectarentur, & eos qui horum nihil præstarent, sed e contra vitæ delicia  
 ctarentur, opus Dei gloriæ in tantum promouenda institutum subvertere conari.*  
 aliisque id genus verbis, quæ mira quadam libertate ac resolutione  
 quantum quidem Dominus mihi indebat, in medium attuli, ita hæc  
 factum permouit, ut is antequam templo digrederetur, facultatem me  
 cesserit. Ita autem me hæc exhilaravit, ut iam tum omnia me cogita  
 tam arbitrarer, cum tamen nihil omnino haberem: nam quæ posside  
 bam pecuniam; tribus ea quatuorue ad summum constabat annis  
 quibus duas in tela pictas imagines (nam nullam, quam in alaci  
 rem, habebam imaginem) duas item culcitas stramineas, ac  
 dicem coëmi. De domo inuenienda nulla omnino spes erat, quæ  
 iam cum Alfonso Aluario in eunda erat conuentio, iam profus  
 derat.

*Quo Toletanum præfectum libertate sit allocuta.*

*Illius generositas & fiducia.*

*op*  
 Habitabat per idē tempus Toleti mercator quidam, mihi per  
 & cælebs, officijs caritatis erga carcere clausos & alios egenos  
 da; addictissimus; Alfonsus de Auila cognomento hic mihi dicitur  
 domo ut minimè laborarem, se enim de ea mihi prospecturum.  
 mox in ægritudinem incidit. Paucis antè diebus Tolerum frater  
 dam ex Ordine Minorum, Martinus Crucius appellatus, vir in  
 sanctitatis, appulerat: aliquot autem illic diebus hæsit, cum quæ  
 cessurus esset, iuuenem quemdam, cui is à Confessionibus erat  
 Andradium, nullarum opum, sed satis pauperem, ad me misit,  
 in mandatis dedit ut faceret, quæcumque ego ei faciendæ præficerem.  
 Quadam die cum sacro interesset, me est allocutus, & quælibet  
 illo sancto referre iniuncta erant, ex ordine retulit; scilicet certa  
 se, quæcumque possit, meo nomine facturum, quamquam pecuniam  
 sua & semetipso te solū nobis fauere & opitulari posset. ego illi  
 mine gratias egi: verū videre ego & sociæ meæ cupimus, vid  
 quem nobis sanctus vir adiutorem & auxiliatorem destinasset:  
 neque ob exteriorem vestitum ac schema accommodus videbatur  
 cum Discalceatis Monialibus ageret. Ergo, cum me quidem fac  
 habere cernerem, sed non hominem qui mihi opitularetur, nec  
 quid ultra agerem, aut cui me commendarem, venit igitur

mentē a dolēscēntis illius, quē F. Martinus Crucius ad me aliās destina-  
 rit, de hoc comitibus meis consiliū aperui. Illa me non parum risere,  
 nec id facerem dissuasērunt; neque enim id aliud fore, quam rem o-  
 mibus patefacere & diuulgare. Equidem illis auscultare in hoc no-  
 bi, confidebam enim fore, vt (quod ab illo viro Dei missus esset) saltem  
 aliquid praeferret; neque id sine mysterio factum esse, vnde ei ad me e-  
 uocato, (rem vt celaret quā maximē iniungens) quidquid rerum  
 aperiret aperui; ac propterea eum rogavi, domum mihi conqui-  
 rere, fideiustorem pro pretio elocationis me procuraturam, cui rei  
 bonum Alfonso de Auila, quem in morbum incidisse antē paulō  
 commemorauī destinabam. Valde facillē id illi visum est, seque do-  
 mum diligentissimē conquisturum spondit. Ecce autem postridie  
 mane, cum apud Patres Societatis Iesu sacrum Missae sacrificium audi-  
 rem, me venit allocutum; seque iam domum inuenisse nuntiat, eius-  
 que clauēs penes se habere; illamque non admodum procul hinc ab-  
 esse, quare eam visum abiremus. quod & fecimus; adeo autem ea bona  
 & comoda fuit, vt anno propē toto in ea habitauerimus. Saepe nume-  
 ro apud memetipsam, cum foundationis huius recordor, diuinā  
 providentiā arcana demiror; quod penē trimestri spatio (saltem plus  
 quam bimestri; neque enim satis recordor) tota passim assiduoque  
 queritantes vrbe viri tam opulenti, (quasi nulla vique in vrbe do-  
 mus fuisset) namquam eam inuenire potuerint: & ecce mox vt venit  
 adolescens hic facis tenuis & inops, Domino volente, quamprimum  
 aliquam inuenit; cumque sine vllō labore fundatio peragi pos-  
 set, (vti quidem fieri poterat, si cum Alfonso Aluaro conuenissemus)  
 tam ipse transactionem non fieri voluit, verum vt isthac fundatio cum  
 paupertate & laboribus perageretur. Vt ergo placuit mihi domus,  
 quam primum operam dedi, eius vt caperetur possessio, antequam  
 in illa quid adaptaretur, ne quod postea obstaculum aut remora in-  
 teriret. Et non multo post Andradius praedictus mihi signifi-  
 catum venit, eo die domum vacuam a conductoribus fore, itaque no-  
 stram eo suppellectilem transferremus. dixi ei, non multum nobis  
 transferendum fore, etenim aliud nos non habere, quā duas culci-  
 tras, & lodicem vnum. quod ille audiens, haud dubiē miratus est: vnde  
 & ioculis meis graue fuit, hoc me illi aperuisse: dicebant enim cur id  
 illi esset: nam fore, vt is, viso nos ita pauperes esse, nos amplius adiuua-  
 re nollet. Ego ad hoc non reflexi: ipse quoque Andradius parum id cura-  
 uit, nā qui hanc illi voluntatē dabat, eam etiā in eo vltius promotu-  
 ris & adaucturus erat, quoad usque opus suum ad exitum perdu-  
 ctum esset & verē ita fuit: nam adeo se nauum sedulumque praestitit,  
 domum

*Quibus  
 Deus medije  
 & instru-  
 mentis ma-  
 gna coficiat.*

*S. Matris  
 paupertas.*

S. Matris Teresa Opera.

Bbb

TERESIA

1624

1671

16

domum cōcinnando, & operas fabriles adducendo, vt nihil in eo nobis concedere videretur.

Ornamenta sacro dicendo necessaria mutuo cum petijflemo post solis occasum cum quodam fabro, parua praefonate nota, tum est ad elevationem salutaris hostia in Missa vius ( quod autem non haberemus) domum adimus, eiusdem primum possessionem auctura. Cumque magno cum timore, tota nocte, instar allestus & commodassemus, locum sacratio parando commodum non potuimus nisi fortè atrium quoddam, in quod non nisi per aliam domum vicinam, quam mulieres aliquot incolebant, & quam nobis proprietaria etiam locarat, patebat aditus. Omnibus ergo iam paratis, & primum discederet, ( nihil autem illis mulieribus indicare auctimus, ne fortè nos illa proderent) portam aperire capimus, quae arietis cuiusdam lutei, per quem in paruum quoddam atrium ibant, verò illa cum eorum audire fragores, illico strato se ( nam domus adhuc) consternata corripuit, & vix verbis multis placari potuit. At, cum hora sacri dicendi iam aduenisset, esto nobis initio aduertitur illa, nullum tamen tunc nobis facessiuere negotium: eumque viderent, quam de causa id factum esset, Domino eas placante, manus se praebuere.

Postea vero vidi, quam malè fecissemus: nam ob illam absorptionem quam primum Deus immitit, vt opus executioni ilico mandetur, advertimus ad incommoda quae subinde proueniunt. Cum ergo quaedam domina intellexit, domum suam in templum transisse ( vix potest viri, qui maioratum habebat) maius nobis obortum est negotium, quod omnimodis rem impedire & obstare conata est, quod putaret, si eam, tamen si placeret, minime empturas. Sed tandem, Domino volente, turbari desit. Postquā verò Concilij Archiepiscopalis senatores uere, monasteriū, cuius cōdendi antè ipsi pernegarant potestatem, iam coaluisse, maximopere indignati sunt, & frementes ad quaedam principis Ecclesiasticis (quae mei ipsa propositi clancuculo participè eorum quae reddiderā) abiere, dicētes ecquid facturi & statuturi essent, quod tē Praefectus post datā mihi facultatē, vrbe tunc tēporis abesset, illi pētus; hinc ad eū quē dixi virū abiere, mulierculae cuiusdā audaciae illū exaggerantes, quae ipsis inuitis & refragantibus nouū monasteriū cōstrueret. Is, quasi nihil horū sciret, se gessit, & quā optimè periculosos placauit, id ipsum alijs etiā eā locis fecisse asserens: nec verò mirabile videri, sine necessarijs ad hoc litteris opus hoc inchoasse. Hoc (nescio ad quot dies) sub excommunicationis anathemate in curia sacra in tēplo peragi verant officia, quoad usque facta potestatis

tribuerentur: Equidē benignē eis respondi, illorū me iussis spondens  
 pararam, et si ipsis alioqui morem gerere hac in re minimē obligarer.  
 Ego Petrum Mauricium (illum inquam, quem dixi, virū nobilē) obse-  
 rat, senatores vt a deat, & quas habebam litteras, depromeret. Is verō  
 cupit lacuit, eo potissimum quod iam res confecta esset; alioquin non  
 parum nobis laboris subeundum fuisset. Aliquot diebus non aliam su-  
 per lectilem habuimus quam duas illas culcitrās & lodicem; & primo et-  
 iam die ne tantū quidē ligni, quantum sardae aut haleculae assandae suffi-  
 ceret: & nescio quemnam deinde Dominus emouerint, vt in templo li-  
 gnatilem poneret, qui necessitati nostrae succurrebat. Noctū aliquan-  
 tum frigus sentiebamus, esto illa lodice, & spissioribus quae gesta-  
 mas pallis nos tegeremus, quae nō rarō nobis ad hoc vsui sunt. Incre-  
 ditū fortē cuiquam videatur, quod, cum in opulenta Aloisia, quae  
 tam amice me habebat, domo egissemus, tanta tamen in paupertate vi-  
 ueremus quid in causa sit nescio: nisi fortē, quod voluerit nos Dominus  
 quodare & experiri, quantum in virtute hac boni situm sit. equidem ni-  
 hil ab ipsa petui: ab vili enim molestiam inferendo grauandoque  
 quam alienissima sum. forsitan ad hoc ipsa non reflexit: plus nam-  
 que quam nobis dare posset, ei debeo. Nobis certē id quam pra-  
 ciatissime cessit & in lucrum: nam quod in animo sentiebamus gau-  
 dium, abscuritatem & consolationem, tamen erat intentum, saepe vt me-  
 cum ipsa reuoluam & recorder, quosnam Dominus in ipsis virtutibus  
 delucos reclusos habeat. Hæc, quam patiebamur, indigentia sua-  
 uem quamdam in nobis (vt mihi quidem apparet) contemplationem  
 causabatur, at hæc diuturna non fuit: statim enim tam ipse Alfonso  
 Aluaro, quam alij, longē in nos plura, quam quidem optabamus, e-  
 mergunt. Hoc porro certum est, tantam tunc animi mei tristitiam fu-  
 isse, vt non alia esse videretur, quam si quidem multa aurea moni-  
 a habuissem, & hæc omnia mihi repente ablata essent, meque om-  
 nibus destitutam viderem. adeo scilicet graue mihi meisque sodalibus  
 fuit, paupertatem nostram iam finem habere: cum enim eas vultu  
 sibi viderem & dolentes, insolite tristitiae causam ab iis sciscitata  
 sum, & illa dixere. *Quidnam haberemus Mater, cum iam non amplius pauperes esse*  
*videamus?*  
 Iam inde ad illo tempore paupertatis magnae habendae desiderium  
 in me creuit, simul quoque quoddam mihi dominium mansit, ad omnia  
 corporalia parui faciendae, cum illorum defectus & carentia bonum in-  
 creuit, imò adaugeat, & crescere faciat, quod is certe longē aliam secum  
 quietatem & quietem ferat.  
 Porro his ipsis diebus, quibus cū Alfonso Aluaro de fūdatione cōuēt<sup>9</sup>

*Natura inopia gaudium.*

*Ex abundantia in tristitia.*

resia

1111

1111

1111



*Fundatorē  
illustrem  
capere S. M.  
iubetur: sed  
carpitur à  
Domino.*

agebam, plures fuere quibus ea res displicuit, mihi que id significatum  
quod ipsum & familiam eius illustrem & equestri esse dignitate capi-  
rent (alioqui. n. vti dixi, suo in statu honesti & optimi erant): iudicatum  
que, in ciuitate tam frequenti ac copiosa ac Toleram est, fundatione  
lustris mihi commoditatem minimè defuturam. Ego verò parum  
curabam; quia (Deo laus) pluris semper virtutem quam genus & fami-  
liam existimaui. sed iam tum quoad hoc tam multa Gubernatorum  
erant, vt non aliter is mihi hic fundandi licentiā dederit, quam per  
lijs in locis eam fundaram. Ego nesciebam quid agerem, quia mona-  
rio iam fundato rursus de hac re agere capere: verum, quia iam per-  
res erat, primarium illis sacellum assignare statui, quoad monasterium  
verò nihil sibi vt vindicarent, vt quidem modo est. Iam vt quidam  
bilis sese obtulerat, primarium sibi sacellum attribui petens; cuius  
varia amicorum super hac re essent sententia, & ipsa cui recte dixerim  
scirem, Dominus ipse hac in re me illuminare dignatus est: vnde  
dam die mihi ait, quam hi stirpium & familiarum tituli in Deo  
parum prodesse: maximeque me reprehendit, quòd a se factum  
qui mihi de id genus rebus loqueretur: neque enim hæc esse ei  
quæ deceret eas quæ iam mundum omnem despeximus. His  
id genus argumentis mirè confusa fui, & quod de sacello Aluac  
que assignando agitari ceperat, perficere decreui: cuius sanè re-  
quam me exinde pœnituit. Vidimus enim ad oculum, quam  
difficile nobis fuisset domum emere, illius quippe subsidio & impo-  
domum illam emimus, in qua modò agimus, cui paucas Tolera-  
res habet, vt quæ duodenis aureorum steterit millibus. Quòd  
plurimas quotannis apud nos celebrandas fundauit Missas, tam  
libus ipsis, tum etiam populo permagnæ est consolationi. Si autem  
vanas mundi opiniones reflexissemus numquam (vt quidem  
gere possumus) tam bonam nancisci commoditatem potuissemus:  
nem quoque intulissemus iniuriam illi, qui nobis tam libenter &  
animo beneficium & caritatem hanc contulit.

## CAPVT XV.

IN QVO DE REBVS NONNVLIS AGITVR, QVÆ  
hoc Tolerano Conuentu à S. Iosepho denominati, ad laudem & gloriam  
Dei contigerunt.

Visum autem mihi iam est, nonnulla dicere in quibus non-  
domus huius moniales ad Dei honorem & gloriam sese  
bant, vt quæ deinceps secururæ & venturæ sint, bona hæc per-